Die 19 9bris 1719

Rmus. et Illmus D. summo mane ad dictam Ecclesiam se contulit occasione Communionis Gnlis, et Indulgentiæ Plenariæ, et auditis nonnullis Confessionibus, atq. ministrato SS. Eucaristiæ Sacramto Missam solemniter celebravit, in assistentia Capituli, et Cleri, in qua præmissa Confirmatione initiavit pa. Clericali Tonsura infrascriptos nempe.

Caietanus Orlandi	Omnes de Terra Aviniani
Antonius Pasucci	
Jacobus Bassanelli	
Paulus Coleta	
Josephus Lombardozzi	
Domcus Bonini	
Augustinus Aurelini	

Pastoralem sermonem habuit, et cum recurreret 3a Domca mensis SS Sacramtum processionaliter gestavit

Post vesperas in eadem Eccla præmisso sermone, solemni ritu Sacramtum Confirmationis administravit

Die 20 9bris 1719

Missam privatam celebravit in Eccla B. M. Libertatis de qua supra iterumq. arripuit iter versus Tenuta Movole

De ecclesia Rurali B. M. de Lauru Castri Movole

Sita est in via Flaminia, et distat à Terra Aviniani versus Urbem per tria miliaria circiter, et est de iure Patronatus exc.mi Principis Burghesij, qui Cappellanus ab eo nominandus in unico altare celebrare faciebat sacrum

singulis Dominicis, et festis de precepto cum processione Sanctorum duorum quolibet mense; nunc eleemosina ad scuta sexdecim cum reduxisse dicitur. Cappellanus hodiernus est Admodum Reverendus Dominus Mauritius Cherubini, cui Illustrissimus Dominus iniunxit expositionem Evangelij et exercitium Doctrinę Christianę pro Pastoribus, et alijs Laboratoribus, qui diebus festis intersunt sacrificio Missę.

In ead. Ecclesia, et in Campona adnexa, nec non in tenuta Mevoli subiecta in spiritualibus Episcopo Civitatis Castellanę exercet iura Parochialia Archipresbiter pro tempore Aviniani Ecclesię Collegiatę ad quam etiam deferuntur cadavera Decedentium in prefatis Locis.

Inspecto Altare cum indigeat depingi Crucem in fronte ipsius confici novam umbellam, et velum ante Imaginem B. V., depingi gradus Candelabrorum, provideri de tela cerata, et strangula, de carta preparatoria pro celebratione Missę, de pannis Florum, in Missali apponi novum Canonem; item providerit de sede Confessionali, et muniri fenestram brevis seu tela cerata, et crate ferrea, nec non reaptari Ianuam.

Illustrissimus Dominus mandavit hęc omnia infra duos menses representari Cappellanum Excellentissimo Domino Principi, de cuius pietate in Domino confidit.

De Ecclesia S. Rocchi

Est de Iuribus Capituli, et celebratur in ea ex devotione in festo Sancti Titularis, ad presens manutenetur per nonnullos Pios viros sine ulla obligatione, sed ex pura devotione